



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

7. Novembris. Christianus unusquisque pius esse debet promptiore animo sententiam, seu propositionem obscuram alterius in bonam trahere partem, quàm damnare. S. Ignat. in Exerc.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

hic verba vitæ æternæ habet; si ejus doctrinam sequimur, omnem omnium hominum, & sanctorum scientiam exhausimus, Accedite ad eum, & illuminamini.

7. Novembris.

Christianus unusquisque pius esse debet promptiore animo sententiam, seu propositionem obscuram alterius in bonam trahere partem, quàm damnare. S. Ignat. in Exerc,

A Pud araneum omnia degenerant in venenum, quæ apis in mel convertisset, non rei, sed naturæ malignantis vitio; certissimum vitiati stomachi est indicium, si ea, quæ sumis, in bilem, & indigestos humores convertantur.

Cùm absolvi possit, quem tuum trahis ad tribunal, cur reum pronuncias: injuria hæc, imò tyrannis est: nemo condemnari jure potest, nisi delictum sole clarè sit probatum. In dubio reus est absolvendus.

Quàm benignos tuorum dictorum, factorumve interpretes, quàm pios cogitationum tuarum Judices habere velles, tantalem te aliis exhibeto, ne justo ratione

equò

æquò severiores nanciscaris. Quâ mensurâ
metiris, recipies.

Etiam quæ apparent mala, forent excus
sanda, cùm oculus sæpe fallat, auris sæpiùs,
& omnium sæpissimè suspicio. Venefica
hæc est, ex musca elephantem momentò
formare potest.

8. Novembris.

*Quotiescunque alienum patefacimus defec-
tum, nostrum ipsorum vitium commo-
stramus.* S. Ignat. in Exam.

Qui diuturnis in vulneribus vivunt,
& sanie aluntur vermes, quantæ abo-
minationi sunt, tanto esse horrore debe-
rent homines, qui alienis defectibus com-
memorandis delectantur; animi enim vul-
nera defectus sunt.

Cælum, terra, & elementa omnia, quàm
uberem loquendi materiam tibi suppedi-
tant, cur displicet ista? nec ullibi magis fa-
cundus es, quàm, ubi alieni mores trahun-
tur in censuram.

Tegendæ potiùs, quàm revelandæ fo-
rent sordes, has tractare nemo potest, quin
sordes & ipse contrahat. Fœtet, dum mo-
vetur camerina. Quid juvat veterem re-